



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

Editio Altera Ex Codice Canonvm Ecclesiae Africanae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

ANNO  
CHRISTI  
419.

EDITIO ALTERA  
EX CODICE CANONVM  
ECCLESIAE AFRICANÆ.

**Μ**ΕΤΑ τὴν ὑπατείαν τῆς ἐνδο-  
ξοτάτων βασιλέων Ονωρίου  
τῷ δαδέρχον, καὶ Θεοδοσίου τῷ ὀδδον,  
τῷ αὐγούστου, τῆς παρ' ὀκτώ καλανδῶν  
Ιενίου, ἐν Καρχηδονί εἰς τὸ σήκητον τῆς  
ἐκκλησίας Φαύστου συνελεθόντων, Αὐ-  
ρηλίου τῆς πάπας, ἄμα Βαλεντίου τῆς  
πρεσβυτέρου καὶ δευτέρου Νουμιδικῆς χεί-  
ρας, Φαυστίνου ἀπὸ Πικένου τῆς Ρομε-  
νίου ἐκκλησίας τῆς Ἰταλῶν χείρας, πο-  
ποτηρῆ τῆς ἐκκλησίας Ρώμης ἄλλὰ  
καὶ διαφόροις τοποτηρῆταις τῆς Αφρι-  
κανῶν ἐκκλησιῶν, τῆς ἐστὶ τῆς δύο Νου-  
μιδικῶν, τῆς Βυζακτινῆς, Μαυριτανί-  
ας Σιφιφένσης, καὶ Μαυριτανίας τῆς  
Καισαρειανῆς, καὶ Τεμπόλιως καὶ Βι-  
κεντίω Κολοισιταίνω, Φορτωμαλιανῶ  
Νεαπολίτη, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις  
τῆς ἀφρικανικῆς χείρας, διακόσιοι δε-  
καεπτά· ἐμὲν ἄλλὰ καὶ Φιλίππου καὶ Α-  
σέλλου τοῖς πρεσβυτέροις τοποτηρῆταις  
τῆς ἐκκλησίας Ρώμης ταῦτα ἀπὸ καὶ  
αὐτοῖς ἤρεσε, ἄρξάντων τῶν διακόνων.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε·  
μὲν τὴν ὁμοθυμαδὸν ἡμέραν τῆς συνό-  
δου, ὡς μέμνησθε ἀδελφοὶ μακαριώ-  
τατοι, πολλὰ ἐζητήσαμεν ἐν τῷ ἀνα-  
μνησθῆναι ἡμᾶς ἐν ἀδελφοῖς ἡμῶν, ἐν  
νῦν εἰς τὴν ἄρξαν συνόδου τοπο-  
τηρῆταις συνελεθόντας, αὐτοῖς πεπερα-  
σμένους ἀνάστη ἕστην ἐπιτέθειμαι. διὸ  
τῶν διακόνων ἡμῶν παρ' ὅτι συνελεύσεως  
τῆς ποσούτου ἀδρόσηματος ὑπολέλειπται χάριτας ἀναπέμψαι· ἵνα τῶν  
μὲν, πᾶσι τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἀ νῦν ἔχομεν καὶ ἀπὸ τῆς πατέρον  
κατέστησαν· τῆτο δὲ, καὶ ἀπὸ ἐπιταύθαι ἀπὸ τῆς παρορησιαμῶν ἡμᾶς τὴν

Concil. Tom. 4.

**P**OST consulatum gloriosis-  
simorum imperatorum Ho-  
norii XII. & Theodosii VIII. Au-  
gustorum, VIII. Kalendas Iulias,  
Carthagine in secretario basi-  
licæ Fausti, cum Aurelio papa,  
una cum Valentino primæ sedis  
provinciæ Numidiæ, Faustino  
ecclesiæ Potentina, provinciæ  
Italiae Piceni, legato ecclesiæ  
Romanæ; sed & legatis diuersa-  
rum provinciarum Africana-  
rum, id est Numidiarum dua-  
rum, Byzacenæ, Mauritanie Si-  
tiphensis, & Mauritanie Cas-  
tariensis, sed & Tripolis; & Vin-  
centio Culustano, Fortunatia-  
no, & ceteris episcopis provin-  
ciæ proconsularis residentibus  
CCXVII. nec non Philippo &  
Asello presbyteris æque legatis  
Romanæ ecclesiæ, confederunt,  
astantibus diaconis.

Aurelius episcopus dixit: Conc. Car-  
thagin. 6.  
cap. 1.  
Post diem præstitutam Concilii,  
ut recordamini fratres beatissi-  
mi, multa flagitata sunt, expe-  
ctantes fratres nostros, qui nunc  
ad præsentem Synodum legati  
aduenerunt, quæ gestis necesse  
est societur: quæ de re Domino  
Deo nostro de tantæ congrega-  
tionis cœtu gratias referimus.  
Superest, ut tam exemplaria Ni-  
cæni Concilii, quæ nunc habe-  
mus, & a patribus constituta  
sunt, quam etiam hic a decessori-

LII ij



bus nostris eamdem Synodum firmantibus, vel quæ secundum eam formam, per omnes clericorum gradus, a summo vsque ad vltimū salubriter ordinata sunt, in medium proferantur. Ab vniuerso Concilio dictum est: Proferantur.

Conc. Carthag. 6.

Daniel notarius recitauit. Nicæni Concilii fidei professio, vel statuta ita se habent. Et cum diceret Faustinus episcopus plebis Potentinæ, prouinciæ Italiae Piceni, legatus Romanæ ecclesiæ, dixit: Iniuncta nobis sunt a sede apostolica aliqua per scripturam, aliqua etiam in mandatis, cum vestra beatitudine tractanda, sicuti & gestis superioribus meminimus, hoc est de Nicænis Canonibus; vt conferentur & constituta eorum, & consuetudo: quia aliqua ordine & Canone tenentur, aliqua consuetudine firmata sunt. De his ergo primitus, si placet beatitudini vestræ, tractemus; & postea cetera, quæ acta vel inchoata sunt, inserta firmabuntur, vt & ad sedem venerandam rescriptis vestris intimare possitis, ad quæ nos admonuisse apud venerabilem papam euidenter clareat, licet & capitula actionum iam inserta sint gestis. De ipsis ergo, vt superius dixi, quid vestræ beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo commonitorium in medium, vt scire possit vestra beatitudo, quid in eo contineatur, vt ad singula respondeatur.

Carthag. 6. cap. 1.

Aurelius episcopus dixit: Proferatur commonitorium, quod fratres & confacerdotes nostri

αὐτῶν συνέδριον βεβαιωσάντων, καὶ τὰ κτ' αὐτὸν τύπον διὰ πάντας τῶν κληρικῶν βαθμοῖς ἀπὸ τοῦ ἀκροῦ ἕως τοῦ ἐλάτου σωτηριωδῶς παρθένηται, εἰς μέσον παρενεργῶσιν. ἀπὸ πάσης τῆς συνέδρου ἐλέγχθη· παρενεργῶσιν.

ANNO CHALCIT 452

Δανιὴλ νοτάριος αἰέγων τῆς ἐν Νικαίᾳ συνέδρου ἡ ὁμολογία τῆς πίστεως, ἣτοι τὰ ὀρεαθέντα οὕτως ἐχθ. καὶ ἐν τῷ λέγειν, Φαυστίνος ἐπίσκοπος Πικενίου, τοῦ λαοῦ τοῦ Ποτηντιῶου τῆς Ἰταλῶν χώρας, τοποτηρητῆς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, εἶπεν· Ἐπετρέπη ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, ἵνα ἐπὶ ἐλάτῳ τραχηλάτῳ, ὡς αὐτῶν μνημόνια ἐν τοῖς διωτέροις πεπραγμένοις, τὸ ἐστὶν περὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ κανόνων, ἵνα φυλαχθῶσι καὶ ὀρεσμός αὐτῶν, ὅ ἡ σωτηρία· ἐπειδὴ ἵνα τὰ ἐξ ἐκείνων κληρικῶν κρατοῦνται, ἵνα σωτηρία ἐτυπώσῃ. περὶ τοῦτον τῶν ἐν τῷ παλαιῷ, ἐὰν δὲ εἴσῃ τῆς μακαριότητι ἡμῶν, συζητήσωμεν, καὶ μὴ τῶν παλαιῶν πεπραγμένων καὶ ἐκείνων, ἐν ταῖς ἡμέραις βεβαιωθῶσιν· ἵνα καὶ περὶ τῶν ἀποστολικῶν καθέδρων ἀνηγερέσθαι ἡμετέροις ἐμφανίσαι δυνήσῃτε, καὶ τῶν αὐτῶν περὶ κληρικῶν πάπαις δηλώσῃτε, ὡς ἐπιμελῶς ἀνεμνήσθημεν· εἰ καὶ ὅτι τὰ καθέδρα τῆς ἐλάτῳ ἡδὴ τοῖς πεπραγμένοις ἐβλήθησαν. περὶ τούτων τῶν παλαιῶν, ὡς περὶ εἶπον, ἵνα εἴσῃ τῆς ἡμετέρας μακαριότητι, περὶ ἐξ ἡμῶν ὀφείλωμεν. ἐλάτῳ ποιησῶν εἰς μέσον τὸ κομμονιτώριον, ἵνα δυνήσῃτε γινῶσθαι, ἵνα ἐν αὐτῷ περὶ ἐλάτῳ, ὅπως περὶ ἐκάστω ἀποκρισὶς δαδῆ.

Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπε· Ἐροκομῶν τὸ κομμονιτώριον, ὅπως αἱ ἀδελφοὶ καὶ συλλειτουργοὶ ἡμῶν τοῖς



ANNO  
 CHRISTI  
 453.

πεπραγμένοις ἐναρχῶ ἐπεφάσι-  
 σαν, ἔτι λοιπὰ ἀκολουθῶν, τὰ γὰρ πε-  
 πραγμένα καὶ τὰ περαιτέρω.

Δαυὶλ νοτάριε ἀνέγω κομ-  
 μονιτώριον τῶ ἀδελφῷ Φαυστίνῳ,  
 καὶ τοῖς τέκνοις Φιλίππῳ καὶ Ἀσέλλῳ  
 τοῖς πρεσβυτέροις, Ζώσιμος Ἐπίσκο-  
 πος. Τὰ κατὰ πρῶτον ἐν τῷ ἡμῶν  
 ἡμετέροις οὐ λανθάνουσιν. ὑμεῖς οὕτως  
 ὡς ἴνα ἡμετέροις ἐκείνοις, μᾶλλον δὲ ἡ  
 ἡμετέροις ἐκείνοις ἐν ἡμῶν ἁφροσύνῃ ὅτι,  
 πάντα ἐκτελέσασθε· μάλιστα καὶ τὸ πο-  
 ῖν ἡμῶν ἐχόντες τὸ ἐνταλμα καὶ τὰ ρήμα-  
 τα τῆς καθολικῆς ἀπὸ πλείονα  
 βεβαίωσιν τῷ ἁγίῳ κομμονιτωρίῳ  
 ἐν ἐξουσίᾳ. οὕτως γὰρ εἶπον, ὡ ἀδελ-  
 φοί, ὅτι ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ, ὅτε  
 ἐπὶ τῆς Ἐπισκοπῆς ἐκκλησίᾳ ἐψη-  
 φίζοντο.


Ἦρεσε δὲ, ὡς ἐὰν Ἐπίσκοπος κα-  
 τηγορηθῆ, καὶ κρίνωσιν οἱ συνεληθόντες  
 Ἐπίσκοποι τῆς ἰδίας αὐτοῦ ἐπιείκειας, καὶ  
 τῆς βαθμῆς αὐτοῦ κατελέωσιν αὐτὸν, καὶ  
 δόξῃ ἐκκαλεῖσθαι ἔκαστον πρὸς  
 τὸ μακαριώτατον Ἐπίσκοπον Ρώμης·  
 καὶ αὐτὸς ἀκούσῃ αὐτοῦ, καὶ τὸ  
 ποιῶν δίκαιον νομίσει, ὡς ἀνεω-  
 δυνῆται πρὸς αὐτὸν· ἡ δὲ ἀπο-  
 κρίσις αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμετέρῃ ἐπιείκειᾳ  
 Ἐπισκοπῆς· ἵνα αὐτὸν Ἐπιμελῶς  
 πάντα συζητήσωσι, καὶ κατὰ τὸ  
 πρῶτον εἰρησώσῃ. διὸ ἐὰν τις ἀξιοῖτο πε-  
 πραγμένα αὐτοῦ πάλιν ἀκούσῃ αὐτοῦ, καὶ οἰ-  
 κείᾳ δέησιν κινήσει. Ὁ Ἐπίσκοπον Ρώ-  
 μης, ἵνα ἐν τῷ πληροῦ αὐτοῦ πρεσβυ-  
 τερον δόξῃ εἶναι, ἐν τῇ ἁφροσύνῃ αὐτοῦ  
 ὅτι βούλεται, καὶ ὅτι ἡ ἀπολαμ-  
 βάνει. καὶ ἐὰν ἡ ἀποφασίᾳ ὁφείλῃ πεμ-  
 φθῆναι ἡμῶν, ὡς ἁγίον αὐ-  
 τῶν μὲν τῶν Ἐπισκοπῶν κρίναι, ἔχοντας  
 πρὸς αὐτὸν τὸ δόξῃ εἶναι· ἐὰν δὲ καὶ  
 νομίσει ἄλλοι τῶν Ἐπισκο-  
 πῶν.

in actis nuper allegauerunt, &  
 cetera quæ acta sunt, vel agenda  
 sunt subsequenter.

Daniel notarius recitavit com-  
 monitorium: Fratri Faustino, &  
 filiis Philippo & Asello presby-  
 teris, Zosimus episcopus. Vobis  
 commissa negotia non latent  
 vos: ita ac si nostra, imo quia no-  
 stra ibi in vobis presentia est,  
 cuncta peragite, maxime cum &  
 hoc nostrum possitis habere man-  
 datum, & verba Canonum, quæ  
 in pleniorum firmitatem huic  
 commonitorio inseruimus. Ita  
 enim dixerunt fratres in Nicæ-  
 no Concilio, cum de episcopo-  
 rum appellatione decernerent.

Placuit autem, ut si episcopus  
 accusatus fuerit, & iudicauerint  
 congregati episcopi regionis  
 ipsius, & de gradu suo deiecerint  
 eum, & appellasse videatur, &  
 confugerit ad beatissimum eccle-  
 siæ Romanæ episcopum, & vo-  
 luerit audiri, & iustum putauerit  
 ut renouetur examen, scribere  
 his episcopis dignetur, qui in  
 finitima & propinqua prouincia  
 sunt: ut ipsi diligenter omnia re-  
 quirant, & iuxta fidem veritatis  
 definiant. Quod si quis rogat  
 causam suam iterum audiri, &  
 deprecatione sua mouerit epi-  
 scopum Romanum, ut de late-  
 re suo presbyterum mittat; erit  
 in potestate episcopi quid velit,  
 & quid existimet. Et si decreuerit  
 mittendos esse qui presentes  
 cum episcopis iudicent, habentes  
 auctoritatem eius a quo de-  
 stinati sunt, erit in eius arbitrio.

Si vero crediderit sufficere epi-  
 scopum.





scopus, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo consilio suo iudicauerit. Et cum recitaret,

Carthag. 6.  
c. 4.

Alypius episcopus ecclesie Thagastensis, legatus provincie Numidie, dixit: De hoc iam superioribus etiam literis Concilii nostri rescriptimus, & id nos seruaturus profitemur, quod in Nicæno Concilio constitutum est: adhuc tamen me mouet, quomodo cum inspiceremus Græca exemplaria huius Synodi Nicæne, ista ibi, nescio qua ratione, minime inuenimus: unde petimus venerationem tuam, sancte papa Aureli, ut quia hoc authenticum Concilium Nicænum in vrbe dicitur esse Constantinopolitana, aliquos cum scriptis tue sanctitatis mittere digneris, & non solum ad ipsum sanctum fratrem nostrum Constantinopolitanum episcopum, sed etiam Alexandrinum & Antiochenum venerabiles sacerdotes, qui hoc nobis Concilium sub adstipulatione literarum suarum dirigant, ut omnis postmodum ambiguitas auferatur; quia nos ita, ut frater Faustinus attulit, minime inuenimus ista: nos tamen paulisper seruaturus, ut ante dixi, donec integra exemplaria veniant, profitemur. Petendus est autem literis nostris etiam venerabilis ecclesie Romanæ episcopus Bonifacius, ut ipse quoque dignetur ad memoratas ecclesias aliquos mittere, qui eadem exemplaria debeant secundum eius scripta perferre: nunc autem memorati Nicæni Concilii, qualia exempla

ποις, ἵνα πέρας τῶ πράγματι ὀπιθώσι, ποιήσῃ τὸ τῆ σωεπωτατῆ αὐτῆ βουλή περιεσόμενον. Καὶ ἀγαθωδέντων,

ANNO  
CHRISTI  
419.

Ἀλύπος ὁπίσκοπος τῆς Θεαγασέων ἐκκλησίας, τοποτηρήτης τῆ Νομιδικῆς ἐπαρχίας, εἶπεν· Περὶ τοῦτου ἤδη καὶ τοῖς ἀνωτέροις γραμμασι τῆς συνόδου ἡμεῶν ἀντεγράψαμεν καὶ τὸ τοῦ ἡμῶν φυλάξεν ὁμολογηθῆναι, τὸ ὁρεθῆν ὑπὸ τῆς ἐν Νικαία συνόδου ὁμῶς ἐπὶ ἐμὲ κινεῖ, ὅτι ἐν τῷ ὀπισθὴν ἡμῶν τοῖς γραμμοῖς ἴσως ταῦτα τῆς ἐν Νικαία συνόδου, ταῦτα ἐμὲ, ἐκ οἶδα πῶς λόγῳ, οὐδαμῶς ἐβρομῆν ὅθεν αὐτῶν πλεῖν ἡμῶν πλεῖν σὺ ἀγνώτατε πάντα Αὐρήλιε, ἐπεὶ δὲ τὰ ἀδελφικὰ τῆς ἐν Νικαία συνόδου ἐν Κωνσταντινουπόλει λέγεται εἶναι, ἵνα καὶ μὴ γραμμάτων τῆς ὑμετέρας ἀγιστοσύνης πέμψαι κατὰ ξιῶσατε καὶ μὴ μόνον πρὸς αὐτὸν τὸ ἀγνώτατον ἀδελφὸν ἡμῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὀπίσκοπον, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀλεξανδρείας καὶ Ἀντιοχείας ἐκ τῶν πρῶτων κληρικῶν ἱερεῖς, οἱ ἵνες τῆ αὐτῆ συνόδου ἡμῶν μετ' ὑποσημειώσεως τῶ οικείων γραμμάτων δοσεύλωσιν, ὥστε πᾶσαι καὶ ταῦτα ἀμφισβήτησιν ἀφαιρεθῆναι· ἐπεὶ δὲ καὶ ἡμεῖς οὕτως, ὡς ὁ ἀδελφὸς Φαυστίνος ἤραξεν, οὐδαμῶς ἐβρομῆν ταῦτα· ὁμῶς ἡμῶν πρὸς ὀλίγον φυλάξαντας, ὡς πρῶτον, ἕως οὗ τὰ ἐντελῆ ἴσα ἐλθῶσιν, ὁμολογηθῆναι. ὁφείλομεν δὲ αἰτῆσαι γραμμασιν ἡμετέροις καὶ τὸν σεβασμιώτατον τῆς ἐκκλησίας Ρώμης ὀπίσκοπον Βονιφάτιον, ἵνα καὶ αὐτὸς ὁμοίως κατὰ ξιῶση πρὸς τὰς μνημονωθείσας ἐκκλησίας εἰλάτῃ ἵνας, ὁφείλοντας τὰ αὐτὰ ἴσα καὶ τὰ παρ' αὐτῶν γραφέντα ἀγαγεῖν. νῦν δὲ τῆς μνημονωθείσης ἐν Νικαία συνόδου ἀπὸ ἑξῆς ἴσα,



ANNO CHRISTI 459.

τοῖς πεπερασμένοις τούτοις συζή-  
ξωμεν.

Θαυσίνος Ἐπίσκοπος τοποτηρη-  
τῆς τῆς Ρώμης εἶπεν· οὐδὲ ἡ ὑμετέρα  
ἀγιστοῦν παρὰ κρίμα ποιεῖ τῆς ἐκκλη-  
σίας Ρώμης, εἴτε πρὸς τούτου τῆς κα-  
θαλαραίου, εἴτε πρὸς ἄλλων· ἐπεὶ δὲ  
ἠξίωσεν ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργ-  
τῆς ἡμῶν Ἀλύπιος ἀμφιβόλοις εἶναι  
τῶν κανόνων. ἀλλὰ ταῦτα πρὸς τὸν  
ἀγιώτατον καὶ μακαριώτατον πά-  
παν ἡμῶν γράψαι κατὰ ξιώσατε, ἵνα  
καὶ οὕτως ὁλοκληρήσῃ τῶν κανόνων συ-  
ζητῶν, μὴ τῆς ὑμετέρας ἀγιστοῦν  
πρὸς πάντων τῶν ὁμοειδῶν τρακτά-  
σῃ. δεῖ καὶ γὰρ ἵνα, καθὼς ἡ ὑμετέρα  
ἀγιστοῦν πρὸς ἑαυτῆς τρακτάσῃ, οὕ-  
τως καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν συζητήσῃ  
μή πως φιλονεικία μετὰ τῶν ἐκ-  
κλησιῶν ἕως ἀναφυῆ· ἀλλὰ μάλλον  
ἀδελφικῆς ἀγάπῃ βουλεύσασθαι, ἀν-  
τιθέμενος αὐτῶν, ἵνα ὁφείλῃ κρείττο-  
νος φυλαχθῆναι.

Αὐρήλιος Ἐπίσκοπος εἶπεν· ὁμοίως  
ὡν περὶ τῆς ἐκκλησίας ἐν τοῖς πεπερα-  
σμένοις, ἀνάγκη ὅτι καὶ γράμμασι τῆς  
ἡμετέρας βραχυτέροις τῶν ἀγιώτατων  
ἀδελφῶν καὶ συλλειτουργῶν ἡμῶν Βο-  
νηφαλίῳ πάντα ὅσα ἡμετέρας ἀδελφῶν  
πλήρης ἐμφανίσαι. ἐὰν τοίνυν πᾶσιν  
δέξασθαι ἡ ἡμετέρα ἐπακολούθησι,  
μάταιον εἶναι πάντων. σύμπασα  
ἡ συνέλευσις εἶπεν· δεῖσκει.

Ναυάτος Ἐπίσκοπος τοποτηρητῆς  
Μαυριτανίας Σιφιφένσης εἶπεν· με-  
μνήθηθα νῦν τῆς τῆς κομμονιῶν  
πρὸς πρεσβυτέρων, ἐπὶ μὲν καὶ δια-  
κόνων πρὸς ἐκκλησίαν, πῶς ὁφείλοισιν ἀπὸ τῶν ἰδίων Ἐπισκόπων ἢ ἐκ τῶν ὁμο-  
ρουῶν ἀκούεσθαι, ὅπως ἐν τῇ Νικαίῳ συνέδῳ οὐδαμῶς ἀνέγνωμεν. διὸ  
τῆς αὐτῆς καλῶς ἡ ὑμετέρα ἀγιστοῦν ἀναγνωσθῆναι.

ria habemus, his gestis socia-  
mus.

Faustinus episcopus, legatus <sup>Carthag. 6. cap. 5.</sup>  
ecclesiae Romanae, dixit: Nec ve-  
stra sanctitas praedicit ecclesiam  
Romanae, siue de hoc capitulo,  
siue de aliis; quia dicere digna-  
tus est frater noster & coepiscopus  
Alypius, dubios esse Canones.  
Sed haec ipsa ad sanctissimum  
ac beatissimum papam nostrum scri-  
bere dignemini, ut & ipse inte-  
gros Canones inquirens, cum ve-  
stra sanctitate de omnibus con-  
stitutis tractare possit. Sufficit  
autem ut ipse beatissimus epi-  
scopus urbis Romae, sicut & ve-  
stra sanctitas apud se tractat, ita  
& ipse inquireat, ne contentio in-  
ter ecclesias nasci videatur: sed  
magis caritate fraterna delibera-  
re possitis, ipso rescribente, quid  
melius obseruari debeat.

Aurelius episcopus dixit:  
Praeter ista, quae praemisimus ac-  
tis, necesse est ut etiam nostrae  
paruitatis literis sancto fratri &  
confacerdoti nostro Bonifacio  
singula quae tractamus, plenissi-  
me intimemus. Ergo si omni-  
bus placet prosecutio nostra,  
ore omnium discamus. Vniuersum  
Concilium dixit, placet.

Nouatus episcopus legatus <sup>Carthag. 6. cap. 6.</sup>  
Mauritaniae Sitiphensis dixit:  
Nunc meminimus hoc commo-  
nitorio etiam de presbyteris vel  
diaconis contineri, qualiter au-  
diri ab episcopis suis, vel a finiti-  
mis debeant; quod in Niceno  
Concilio minime legimus. vnde  
nobis hoc ipsum iubeat sanctitas  
vestra recitari.



Aurelius episcopus dixit: Recitetur ad locum etiam hoc, quod deposcitur.

Daniel notarius recitavit. De appellationibus autem clericorum, id est minoris loci, est ipsius Synodi certa responsio: de qua re quid acturi sitis, credidimus inferendum, quod taliter dictum est.

Osius episcopus dixit: Quod me adhuc mouet, reticere non debeo. Si episcopus quis forte iracundus (quod esse non debet) cito, aut asperere commoueat aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem: habeat potestatem eiectus, vt finitimos interpellat; causa eius audiatur, & diligentius tractetur: quia non oportet negare ei audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut iuste aut iniuste eum reiecit, patienter accipiat vt negotium discutiatur, vt aut probeatur eius, aut emendetur sententia, &c. Cumque recitarentur,

Carthag. 6.  
c. 7.

Augustinus episcopus ecclesie Hipponensis, prouinciæ Numidiæ, dixit: Et hoc nos seruatos profitemur, salua diligentiore inquisitione Concilii Nicæni.

Aurelius episcopus dixit: Si hoc etiam omnium vestrae caritati placet, responsione firmate. vniuersum Concilium dixit: Omnia quæ in Nicæno Concilio statuta sunt, nobis omnibus placent. Iocundus episcopus ecclesie Suffulæ, legatus pro-

Πάντα τὰ ἐν τῇ Νικαίων συνόδῳ ὁρισθέντα πᾶσιν ἡμῖν ἑρέσκοισιν. Ιουκουῦδ<sup>Ⓞ</sup> Ἐπίσκοπ<sup>Ⓞ</sup> τῆς Σουπφετούλης ἐκκλησίας, τοποτηρῆς τῆς Βυζα-

Αὐρήλιος Ἐπίσκοπος εἶπεν· ἀναγνώσθε Ἐπὶ τόπου καὶ τῆτο τὸ ζῆτου-  
ιδμον.

ANNO  
CHRISTI  
419.

Δανιὴλ νοτάριος ἀνέγνω· Περὶ ἐκκλησιῶν δὲ κληρικῶν, τίτ' ἐστὶ, τῆ ἡπιο<sup>Ⓞ</sup> τόπου, τῆς συνόδου βεβαίως ὅτιν ἀποκρίσις· ὅτι ἢς ἔ μέλλετε πρῶσθην, ἡγιστάμθα ὀφείλεω εἰαγλιῶα, ἐπειδὴ οὕτως λέλεκται.

Οσιος Ἐπίσκοπος εἶπεν· Τὸ ἐπ κινουῦ με, σωπῆσαι ἐκ ὀφείλω. ἐμῶς πρὸν Ἐπίσκοπος ὀργίλ<sup>Ⓞ</sup>, ὅσπ' ἐκ ὀφείλει, παχέως ἢ καὶ τραχέως κινηθεὶς κτ' πρεσβυτέρου ἢ διακόνου ἰδίου, ἀφορεῖσαι τῶτον τῆς ἰδίας ἐκκλησίας· πρῶρον πῶτον ὅτιν, ἵνα μὴ ἀναίτως κατακριθῆ, ἢ ἀποπέσει τῶν κοινωνίαν· ἐχέτω ὅξοσταν ὁ ἐκκλησιῶν πρῶσθην πῶς ὁμόροι, ὥσε ἀκουσθῶα τῶν αἰήαν αὐτῶ, καὶ Ἐπιμελέσθ<sup>Ⓞ</sup> ψηλαφθῶα· ἐκ ὀφείλει γὰρ αὐτῶ πρῶσθην ὑπακοῆ δρῆσθῶα. καὶ κέιν<sup>Ⓞ</sup> δὲ ὁ Ἐπίσκοπος, ὁ εἶτε δικαίως, εἶτε ἀδίκως ἐκβαλὼν αὐτὸν, ἀνεξικακῶς δέξεται, ὅπως τὸ πρῶσθην σκοπηθῆ, καὶ ἢ κωρεσθῆ ἢ διορθωθῆ ἢ ψηφ<sup>Ⓞ</sup> αὐτῶ. καὶ τὰ λοιπά. Καὶ τούτων ἀναγνωσθέντων,

Αὐγουστίνος Ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας Ἰππώνης τῆς Νομιδικῆς χώρας εἶπεν· Καὶ τὸ ἡμᾶς φυλάξοντας ὁμολογοῦμεν, σωζομένης τῆς Ἐπιμελέσεως ζῆτισεως τῆς ἐν Νικαία συνόδου.

Αὐρήλιος Ἐπίσκοπος εἶπεν· Εὰν ἐπιμῶ καὶ τῆτο δρῆσκει, τῆ ἀποκρίσις τῆς πάντων ὑμῶν ἀγάπης βεβαίως ὄσατε. σύμπασα ἡ συνόδ<sup>Ⓞ</sup> εἶπεν·

Βυζα-



ANNO CHRISTI 419.

Βυζακλιῶνς χάρις εἶπε· Τὸ ὀρειδέν  
ἴσθ' ὅτι ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ παρὰ τὴν  
ναὶ ὑπὸ ἱεροῦ οὐδαμῶς διώταται. Φαν-  
στίνος Ἐπίσκοπος τοποτηρήτης τῆς ἐκκλη-  
σίας Ρώμης εἶπεν· Ἀκμῶν κ' πλὴν  
ἐπαγγελίαν τῆς ὑμετέρας ἀγιοσύνης,  
τῆς τοῦ κυρίου, τῆς ἀγίου Ἀλυπίου, τῆς τοῦ θεοῦ,  
καὶ τῆς ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἰουκουώδου, ἵνα  
ἀκυροῦσθε πτωχῶν, ἵνα βεβαιωθῶσθε  
ὅτι ἐκ ὀφείλει ἀμφίβολον εἶναι, ἐξο-  
μῶν τῶν αὐτῶν κανόνων. πηγαροῦ  
ὡς ἐξέσθαι ἐν ἡμῶν ἐν ὑμῖν, ὡς ἐν  
ἀγιοτάτων καὶ σεβασμιωτάτων Ἐπισκο-  
πον τῆς ἐκκλησίας Ρώμης ἀναγαγεῖν  
ἢ ὑμετέρας ἀγιοσύνης καὶ ἀξιώσεως· ἵνα  
καὶ αὐτὸς, ὅτι καὶ ὁ ἀγιοτάτος Ἀύγου-  
στῖνος ὀρίσθαι κατηξίωσε, σκέψασθε  
διωχθῆναι ἐκάτερον. καὶ γὰρ τῆς παρὰ τὴν  
ρητίον ὄσθαι, καὶ σιωπητίον, τῆς ἐστὶν ὡς  
τῆς ἐκκλησιῶν τῆς κατωτέρου βαθμοῦ,  
ἐὰν ἀκμῶν εἰς ἀμφίβολον ὄσθαι· καὶ  
ὡς ἐν τούτου τῆς κεφαλῆς δικαίον ὄσθαι  
Ἐπίσκοπον τῆς μακαρίου θεοῦ  
ὀφείλειν τυπῶσθαι, ἐν ἡμῶν τῶν ἀποδέχ-  
σθαι τῆς ἐν τοῖς κανόνων βρεθῆναι  
διώταται. Ἀυρήλιος Ἐπίσκοπος εἶπε·  
τὰ ἐκπαλαι τῆς ὑμετέρας ἀγάπης παρ'  
ἡμῶν ἐμφανισθέντα ἴσα τῶν ὀρειδέντων  
τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, νῦν κατὰ δέ-  
ξασθαι· διὰ καὶ τὰ ἐν τῶν ἡμετέρων  
καθηγητῶν, καὶ τῶν αὐτῆς συνόδου  
τύπον σωτηριωδῶς· ἐπὶ μὲν καὶ τὰ  
νῦν παρ' ἡμῶν παρὰ τῆς ἀγνωστῆ-  
ναι, καὶ τοῖς περὶ ἀγνοομένοις ἐμβλη-  
θῆναι. σύμπτωσθαι ἡ συνόδος εἶπε· τὰ  
ἴσα τῆς πίστεως, καὶ τῶν ὁρίων τῆς ἐν Νι-  
καίᾳ συνόδου, τῶν πάλαι ὡς ἡμῶν  
διὰ Κεκιλιανῶν τῶν παρορηθῆναι τῆς ὑμετέ-  
ρας ἀγιοσύνης παρορηθῆναι· ἐπὶ μὲν ὅτι ἀπὸ τούτοις ἐπόμῳρα τὰ μέρη ἐν-  
ταῦθα κατέσθαι, καὶ νῦν ὅτι κοινῆ συζητήσεως παρ' ἡμῶν ὀρειδέντων, τούτοις τοῖς ἐκ-

uincia Byzacenæ dixit: Quod  
statutum est in Nicæno Conci-  
lio, violari a quoquam nullate-  
nus potest. Faustinus episcopus  
legatus ecclesiæ Romanæ dixit:  
Adhuc secundum professionem  
sanctitatis vestræ, tam sancti A-  
lypii, quam etiam fratris nostri  
locundi, aliqua infirmari credo,  
quod non debeat, cum iam in  
dubium ipsi Canones venerint.  
Ergo, ut placet & nobis, & beati-  
tudini vestræ, ad sanctum & ve-  
nerabilem ecclesiæ Romanæ e-  
piscopum vestra sanctitas refer-  
re dignetur, ut & ipse, quod san-  
ctus Augustinus statuere digna-  
tus est, deliberare possit: vtrum  
nam & hoc concedendum sit, ac  
reticendum, hoc est, de appella-  
tionibus inferioris gradus. Si er-  
go adhuc in dubium venit, & de  
hoc capitulo iustum est, ut bea-  
tissimæ sedis episcopus informa-  
ri debeat, si tamen approbatis  
Canonibus hoc inueniri possit.  
Aurelius episcopus dixit: Etiam  
quæ dudum vestræ caritati inti-  
mauimus, nunc patimini exem-  
plaria statutorum Nicæni Con-  
cilii: sed & quæ hic salubriter a  
nostris decessoribus, secundum  
eiusdem Concilii formam, vel  
quæ nunc a nobis ordinata sunt,  
recitari, & gestis inseri. Omne  
Concilium dixit: Exemplaria fi-  
dei, & statuta Nicænæ Synodi,  
quæ ad nostrum Concilium per  
beatæ recordationis olim præde-  
cessorem tuæ sanctitatis, qui in-  
terfuit, Cæcilianum episcopum  
allata sunt, sed & quæ patres ex-  
emplaria sequentes hic consti-  
tuerunt, vel nunc communi tra-  
ctatu statuimus, his gestis eccle-

Carthag. 6. cap. 8.

Carthag. 6. cap. 9.



fiasticis inserta manebunt, ita vt quemadmodū superius dictum est, venerabilibus viris Antiochenæ & Alexandrinæ, sed & Constantinopolitanæ, ecclesiarum episcopis scribere vestra beatitudo dignetur, vt exemplaria verissima Concilii Nicæni sub adstipulatione literarum suarum dirigat, quo declarata veritate, ea capitula, quæ in commonitorio præsens frater & coepiscopus noster Faustinus, sed & compresbyteri Philippus & Asellus secum attulerunt, aut ibidem reperta, a nobis firmabuntur; aut si non inueniantur, collecta Synodo de hoc in sequenti tractabimus. Daniel notarius Nicæni Concilii professionem fidei vel eius statuta recitavit in Concilio Africano.

ὁμολογίαν τῆς πίστεως καὶ τῶν ὁρίων αὐτῆς, ἐν τῇ τῆς Ἀφροῦ σινοῦδου.

*Professio fidei Nicæni  
Concilii.*

**C**REDIMVS in vnū Deum, patrem omnipotentem, visibilium & inuisibilium factorem. & in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei, natum de patre vnigenitum, hoc est de substantia patris: Deum de Deo, lumē de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, vnus substantiæ cum patre (quod Græci dicunt ὁμοούσιον) per quem omnia facta sunt, siue quæ in celo, siue quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, homo factus; passus est, & resurrexit tertia die, ascendit in celos, sedet ad dexteram patris, vnde venturus est iudicare viuos & mor-

κλησιαστικοῖς πεπερασμένοις ἐμβλη-  
θέντα μείνωσι δηλονότι, καθὼς προέ-  
λεξεν, πρὸς τὸν σεβασμίον ἐπισκό-  
πον τῆς ἐκκλησιῶν Ἀντιοχείας, Ἀλε-  
ξανδρείας, καὶ Κωνσταντινουπόλεως,  
γράψαι κατὰ ξιούσης τῆς ὑμετέρας μα-  
καριότητος, ἵνα τὰ ἀληθέστα ἴσα τῆς  
ἐν Νικαίᾳ σινοῦδου μεθ' ἱστορημειώ-  
σεως οἰκείων γραμμάτων ἰσοπέλω-  
σιν ὅπως φανερωθείσης τῆς ἀληθείας,  
τὰ κεφάλαια ταῦτα, ἀπὸ ἐν τῷ κομ-  
μονιτωρίῳ ὁ ἀδελφός καὶ συνεπίσκο-  
πος ἡμῶν Φαυστίνος, καὶ οἱ συμπρεσβυ-  
τήροι Φίλιππος καὶ Ἀσελλος μεθ' ἑαυτῶν  
ἤγαγον, ἢ ἐκείνα ἐλεησόμενα ἀπὸ ἡ-  
μῶν κεραιώσιν ἢ ἐὰν μὴ βρεθῶσι,  
συνήδηρος ἐπὶ τῆς σινοῦδου, πρὶ τούτων  
ἐξῆς συζητήσωμεν. Δαμιῆλ νοτάριος  
ἀνέγνω τῆς ἐν Νικαίᾳ σινοῦδου τὴν

*Ὁμολογία τῆς πίστεως τῆς ἐν  
Νικαίᾳ σινοῦδου.*

**Π**ΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἓνα θεόν,  
πατέρα παντοκράτορα, ὁρατὸν τε καὶ  
ἀοράτων ποιητὴν, καὶ εἰς ἓνα κύριον Ἰη-  
σοῦν Χριστὸν τὸ ἕκτον τῶν θεῶν, τὸ γνηθέντα  
ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, ἕτερον ἐκ τῆς  
ουσίας τοῦ πατρὸς θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ  
φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινῆ  
γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ  
πατρὶ δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὰ τε ἐν  
οὐρανῷ, τὰ τε ἐν τῇ γῆ· τὸ δι' ἡμᾶς τὸν  
αἰθέρα ποιεῖ καὶ διὰ τὸ ἡμετέραν σωτη-  
ρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα καὶ ἐν-  
δυθροπήσαντα παθόντα, καὶ ἀναστάντα  
τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς  
τὸν οὐρανόν, καὶ καθιζόμενον ἐν  
δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχό-  
μενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροί, καὶ



ANNO CHRISTI 459.

εις τὸ πνεῦμα ἅγιον. ὅτι δὲ λέγοντας, ἰὼ ὅτι ἐκ ἰω, καὶ παρὰ τῆς γυναικῶν, ἐκ ἰω, καὶ ὅτι ἐκ ὄντων ἐγγύετο, ἢ ἐξ ἄλλης οὐσίας, λέγοντας ἄλλοιωτὸν ἢ ἡρεπτόν. Ὁ ἴον τῆς θεοῦ τοῦτοις ἀναθεματίζεῖ ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

Ομοίως δὲ καὶ οἱ ὄροι τῆς Νικαίας συνόδου ἐν εἰκοσι κεφαλαίοις ἀνεγνωθήσαν· ἐπεὶ τὰ ἐν ταῖς συνόδοις τῆς Αφρικῆς νομοθετηθέντα, ποῖς ἑρῶδοις περὶ ἀρχαίους ἐνλεδήματα γινώσκονται.

Ὡς τὰ ἐν τῇ Νικαίᾳ συνόδῳ ὀρεθέντα, παρὰ τῶν πατρῶν φυλαχθήσεται.

**ΑΥΡΗΛΙΟΣ** ἐπίσκοπος ἔπειτα ταῦτα ἔπος πατρῶν ἔχοντα τὰ ἴσα τῶν ὀρεθέντων, ἀπὸ τότε οἱ πατέρες ἡμεῖς ἐκ τῆς Νικαίας συνόδου μετ' ἑαυτῶν κατήραρον ἡς τὸ ὑπὸν φυλαχθῆναι τὰ ἐπιμύθια καὶ ὀρεθέντα πατρῶν ἡμεῖς βεβαίωθεντα φυλαχθῶσιν.

tuos, & in spiritum Sanctum. Eos autem, qui dicunt, erat quando non erat, & priusquam nasceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus est, vel ex alia substantia, dicentes mutabilem & conuertibile filium Dei: hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

Statuta quoque Nicæni Concilii in XX. capitulis similiter recitata sunt, sicut in superioribus inveniuntur adscripta. Deinde quæ in Conciliis Africanis promulgata sunt, actis præsentibus inserta noscuntur.

*Vt quæ in Nicæno Concilio statuta sunt, omnimodo conseruentur.*

**AURELIUS** episcopus dixit: Hæc ita apud nos habentur exemplaria statutorum, quæ tunc patres nostri de Concilio Nicæno secum detulerunt: cuius formam seruantes, hæc quæ sequuntur constituta, firmata a nostris custodientur.

NOTÆ.

<sup>a</sup> Concilium.] Causa habiti Concilii hæc est. Cum a sententia Africanorum, ad sedem apostolicam presbyteris & episcopis appellantis, Romani pontifices, prout antiquitus consueuerant, iure meritoque detulissent: ad prosequendam appellationem, causæ cognitionem quandoque episcopis Africanis delegarunt: quandoque testes transmarinos Romam citari, atq; ibidem examinari mandarunt: frequenter etiam legatos a latere in Africam ablegarunt, qui militum comitatu, & magistratuum apparitura freti, refractarios & repugnantes iustis sententiis coercerent, quodque iuste definitum videri poterat, impleri cogerent. Africani autem episcopi iudicium sedis apostolicæ (quod pro confirmandis a se latis sententiis, iisque contra impugnantes defendendis, eos frequenter implorasse ex supradictis constat) nequaquam subterfugientes, duos posteriores iudicandi & prosequendi appellationum modos, tamquam inconuenientes & nimis difficiles arguerunt. Interim Zosimus pontifex Apiarii & Cælestii appellationibus deferens, Faustinum Romanæ ecclesiæ episcopum, Philip-  
Concil. Tom. 4. M m ij

Quæ causa habiti Concilii fuerit.

Africani appellationis modum tamquam difficilem arguebant.



Mandata  
siue com-  
monitoria  
4. legatorum  
Zosimi pa-  
pa.

Acta Con-  
cilio.

Nicæni  
Concilio  
exemplaria  
per legatos  
inquisita.

Bonifacius  
ante reditum  
legatorum  
mortem  
obiit.  
Canones  
sub nomine  
Concilio  
Nicæni in  
communi-  
torio lega-  
torum cita-  
ti, in exem-  
plaribus  
orientali-  
bus non sunt  
inuenti.

pum & Afellum presbyteros in Africam ablegauit, iisque quatuor mandata, Nicæni Concilii auctoritate firmata, communicauit. De quibus hæc patres Africani in synodali epistola ad Bonifacium scribunt: *Commonitorium protulerunt legati: unum de appellationibus episcoporum ad Rom. eccles. sacerdotem. Alterum ne ad comitatum episcopi importune nauigent. Tertium de tractandis presbyterorum & diaconorum causis apud finitimos episcopos, si a suis perperam excommunicati fuerint. Quartum de Urbano episcopo excommunicando, vel etiam Romam euocando, nisi ea, quæ videbantur corrigenda, corrigeret.* Caput primum de appellationibus episcoporum, ex Canone 7. Concilii Sardicenis, sub nomine Concilii Nicæni recitatur hic Can. 3. Secundum, ne ad comitatum episcopi importune nauigent, nihil præterea habet, quam quod summatim in epistola ad Bonifacium contineri diximus. De tertio autem & quarto capite ex Can. 17. Sardicenis Concilii agitur hic Can. 6. Hæc cum in conuentu patrum recitarentur, adductique Canones Nicæni Concilii in Africanis exemplaribus non inuenirentur: accidit quod in causa prosequendæ appellationis & Apiarii presbyteri, Africani episcopi, defuncto Zosimo, ad eius successorem Bonifacium scripserunt his verbis: *Literis nostris ad eundem venerabilis memoria Zosimum episcopum datis insinuari curauimus, ut ea seruari sine ulla eius iniuria sineremus, usque ad inquisitionem statutorum Concilii Nicæni.* Et paulo supra in principio epistolæ. *Ille, nempe Zosimus, si adhuc esset in corpore, hoc acciperet gratius, quod videret pacatius terminatum, domine frater. Apiarius presbyter (de cuius ordinatione & excommunicatione fuerat exortum non solum Sircensi, verum etiam toti Africana ecclesia non leue scandalum) de omnibus erratis suis veniam petens, communioni est restitutus. Prior autem coepiscopus noster Sircensis Urbanus, quod in eo corrigendum visum est, sine ulla dubitatione correxerit, &c.* Rebus sic stantibus, & Concilio Africano, quousque de Nicænis Canonibus exactior inquisitio fieret, adhuc pendente, missi sunt legati in orientem ad Atticum Constantinopolitanum, & ad Cyrillum Alexandrinum, pro fidelissimis Nicæni Concilii Canonum exemplaribus. Antequam autem legati redirent, Bonifacium mori, & in eius locum Cælestinum suffici contigit. Cum itaque post explorata Græcorum exemplaria, in iis Canones a Zosimo citatos non reperissent, non (quod hodie nouatores hæretici faciunt) Zosimum de impostura, dolo malo ac fallacia arguerunt, neque ob eam causam Romanæ ecclesiæ iuribus derogandum esse putarunt; sed potius submisso animo rogarunt, ut Romani pontifices maiore cautela, iudicioque maturiore, atque adeo diuerso modo, quam hæcenus factum, querelas ex Africa allatas susciperent, & prosequi demandarent; ut ubi negotia sunt exorta, ibi ob difficultatē prosecutionis transmarini iudicii, per delegatos apostolicæ sedis commissarios episcopos in Africa terminentur ac finiantur, legatique de latere cum potentibus executoribus deinceps non mittantur. Hæc ex epist. synodali ad Cælestinum pontificem. Quisquis hac occasione existimat schisma conflatum, atque Africanam ecclesiam a communionem Romanæ ecclesiæ, usque



ANNO  
 CHRISTI  
 419.

ad tempora Bonifacii II. centum prope annis plane diuisam perman-  
 sisse, longissime a veritatis tramite aberrat. Nam apertissimum est,  
 communionem Africanæ ecclesiæ a Bonifacio, Cælestino, aliisve eo-  
 rum successoribus permultis, ne quidem ad vnius diei spatium, aut  
 horæ vnius momentū intercissam fuisse. Impostorem itaque & men-  
 daciorem frigidum concinnatorem, callidumque veteratorem fuisse  
 oportuit, qui epistolam illam plurimis mendaciis scatentem no-  
 mine Bonifacii secundi ad Eulalium aliquem Alexandrinum episco-  
 pum, tempore Iustini imperatoris mendaciter scriptam excogitauit;  
 vt scilicet agmina sanctorū Africanorum martyrum & confessorum,  
 (qui pro fide catholica, in persecutione Vandalica, magna gloria  
 certantes, atque agonem summa patientia consummantes, martyrii  
 & confessionis palmam consecuti sunt) albo catholicæ ecclesiæ ex-  
 pungerent. Nam si integro abhinc sæculo, nempe a Bonifacio I. vs-  
 que ad Bonifacium II. Africana ecclesia in schismate perseuerauit,  
 nihil est, vt interea aliquis legitima corona martyrii impartiri, vel in  
 aliquo confessionis premio munerari potuerit: cum, Cypriani & Au-  
 gustini Africanorum episcoporum sententia, certum exploratum-  
 que sit, nullam posse esse schismaticorum coronam & præmium,  
 quæ non dantur nisi illis, qui in ecclesiæ catholicæ stadio legitime  
 certarint. Hæc Bar. anno 419. num. 59. & sequentibus vsque ad 94.

<sup>b</sup> *Nomine sextum, ordine temporis quintum.* ] Id, quod supra posi-  
 tum est, Carthaginense Concilium nomine secundum, vere post  
 omnia alia Carthaginensia, tempore Cælestini celebratum esse, ex  
 prædictis constat. Quare si ordinem temporis obseruari velis, hoc,  
 quod hæcenus sextum vulgo nominatum & citatum legitur, quin-  
 tum nominari necessum erit.

<sup>c</sup> *Tempore Zosimi, Bonifacii & Cælestini, &c.* ] Nam inchoatum est  
 sub pontificatu Zosimi; eiusdemque commonitorio, quo ad duo poste-  
 riora capita causam Apiarii presbyteri, & Urbani Sircensis episcopi  
 concernentia, obtèperatum fuit. Primi autem capituli inquisitio, pro-  
 pter Canones in Nicæno Concilio, vnde allegabantur, non inuentos,  
 ad reditum legatorum, exemplaria Nicæni Concilii in oriente quæ-  
 rentium, suspensa fuit, idque patres Concilii per synodicam Bonifa-  
 cio significarunt. Quia vero legatos ad inquirendum exemplaria  
 emisit, post obitum Bonifacii, & subrogatum illi Cælestinum, re-  
 uertisse contigit, reliqua quæ deinceps in Synodo acta leguntur,  
 sub Cælestini pontificatu contigerunt, eundemque per literas sy-  
 nodicas, infra in fine Concilii Afric. extantes, certiore reddide-  
 runt. Bar. præd. anno, num. 71. 72. 73.

<sup>d</sup> *De modo prosequendæ appellationis.* ] In hoc Concilio non ipsum  
 ius appellandi ad sedē apostolicam, sed tantum modum prosequendæ  
 appellationis per legatos a latere controuersum fuisse, vnicum, quod  
 Dei nutu circa hæc tempora contigit, Antonii Fassalensis episcopi  
 exemplum testatur. Hic cum ob enormia quædam scelera, agente  
 contra eum S. Augustino, ab Africanis episcopis, munere, officio &  
 ministrante episcopali priuatus; honori vero & episcopali ordini ac

Mmm iij

An epistola  
 II. sub no-  
 mine Boni-  
 facii ad Eu-  
 lalium scri-  
 pta, com-  
 mentitia  
 sit.

Impositura  
 & menda-  
 cia hæreti-  
 corum in  
 fingendis  
 literis.

Quotum  
 Carthagi-  
 nense Con-  
 cilium sit.

Tempus  
 Concilii.

Non ius  
 sed modus  
 appellandi  
 controuer-  
 sus fuit.  
 Appellatio  
 Antonii  
 Fassalensis  
 episcopi  
 qualis exti-  
 terit.



titulo relictus fuisset (Augustino, qui his Conciliis interfuerat, epist. 261. edit. Plant. tom. 2. attestante) ad Bonifacium Zofimi successorem, acceptis a primatē Numidiæ literis commendatitiis, appellans, dixit: *aut in mea cathedra sedere debui, aut episcopus esse non debui.* Bonifacius acceptis literis in commendationem Antonii a primatē Numidiæ scriptis, magna cautela, quod S. Augustinus laudat, pro eodem rescripsit; eo temperamento adhibito, si nulla videlicet subreptio intercessisset. Nam in literis hæc apposuit: *Si ordinem rerum nobis fideliter indicauit, &c.* Bonifacio interim defuncto, contigit eamdē causam ad Cælestinum eius successorē integre deuolui, addita Fassalensium querela, quod S. Augustinus perditissimum hominem illis episcopum dedisset. Cum itaq; hoc rerum statu aduersarius iactaret fore, vt Cælestinus pontifex legatos militum comitatu stipatos mitteret, qui inuitis etiam & rebellantibus Fassalensibus, Antonium in sedem suam & episcopatus administrationem restituerēt: S. Augustinus epistola præd. 261. ad Cælestinum pontificem scripta, post alia ad finem hæc

S. Augustini ad Cælestinum scriptum quod.

*precat: Accipe, inquit, nunc, quæ post eius sanctæ memoriæ viri (nempe Bonifacii papæ) in Africa literas gesta sunt, & subueni hominibus operam tuam in Christi misericordia multo auidius quam ille poscentibus, a cuius inquietudine desiderant liberari. Iudicia quippe illis, & publicas potestates, & militares impetus, tamquam executuros apostolicæ sedis sententiam, siue ipse, siue rumores creberrimi comminantur: vt miseri homines Christiani catholici grauiora formident a catholico episcopo, quam cum essent heretici, a catholicorum imperatorum legibus formidabant. Non sinas ista fieri, obsecro te per Christi sanguinem, per apostoli Petri memoriam, qui Christianorum præpositos populorum monuit, ne violenter dominantur inter fratres. Hoc est, quod patres Africani ad eundem Cælestinum pontificem ex Carthag. Concilio scripserunt his verbis: Executores*

\* potentibus

*etiam clericos vestros quibusque \* potentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumosum typhum seculi in ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis & humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere.* Vnde satis perspicuum est, quod sicut Augustinus, ita & reliquos

Africani episcopi iudicium fedis Romanæ an refugerint.

Africanos episcopos apostolicæ sedis iudicium, quod pro confirmandis a se latis sententiis, defendendisque contra impugnantes implorabant, non refugisse, executionem etiam iudicii non denegasse, sed tantum modum iudicandi & exequendi cum militibus, & magistratum apparitura, exhorruisse. Quid quod S. Augustinus præd. epist. 261. ad Cælestinum pontificem Antonio respondens, ostendit frequentissime accidisse, vt episcopi Africani episcopatus administratione in Africa priuati, post appellationem ad sedem apostolicam interpositam, eandem condemnationis sententiam impetrarint? *Existat, inquit, exemplo, ipsa sede apostolica iudicante, vel aliorum (Africanorum & orientalium, &c.) iudicia firmante, quosdam pro culpis quibusdam nec episcopali priuatos honore, nec relictos omnimodo impunitos: quæ, vt a nostris temporibus remotissima, non requiram, recentia memorabo. Clamet Priscus prouinciæ Casariensis episcopus: aut ad primatum locus, sicut ceteris, & mihi patere debuit; aut episcopatus mihi remanere non de-*



ANNO  
CHRISTI  
419.

buit. Clamet alius eiusdem prouincia Victor episcopus, cui relicto in eadem pena, in qua & Priscus fuit, nusquam nisi in diœcesi eius ab alio communicabatur episcopo: clamet, inquam; aut ubique communicare debui, aut etiam in meis locis communicare non debui. Clamet tertius eiusdem prouincia Laurentius episcopus, & prorsus huius uocibus clamet: aut in cathedra, cui ordinatus sum, sedere debui, aut episcopus esse non debui. Sed quis ista vituperet, nisi qui parum attendit, nec inulta omnia relinquenda, nec uno modo omnia vindicanda? Vnde quam frequenter Africani episcopi sedem apostolicam appellarint, quamque imperite & subdole insultantes iactent hæretici Zosimum papam ius appellandi ab Africana ecclesia suffurari conatum esse, nemo non uidet. Accedit quod in ipso commonitorio Zosimi papæ, ubi agitur de primo mandato, Canon septimus Concilii Sardicensis, sub nomine Concilii Nicæni citatus, hoc quod diximus euidenter ostendat. Nam in illo decernitur, quod Romanus pontifex si velit, duplici modo possit appellantis iustitiæ subuenire. Vno modo, per literas scribendo episcopis finitimæ regionis, ut diligenter de causa inquirant atque definiant: altero modo per legatos a latere in Africam missos, qui præsentibus cum episcopis causam appellantium audiant & iudicent. Si itaque Africana ecclesia penitus denegasset ius appellandi, & non tantum modum prosequendæ appellationis posteriorem, non ille Canon septimus, sed eiusdem Concilii Canon quartus & quintus citandus fuisset. Nam his duobus Canonibus tantum de iure appellandi agitur. Plura hac de re uide apud Baron. anno 419. num. 49. usque ad 90. inclusiue.

An Zosimus ius appellandi ab Africana ecclesia suffurari uoluerit.

<sup>e</sup> Legatis viginti duobus.] Vna cum Aurelio & apostolicæ sedis legatis, ex Africane ecclesiæ prouinciis interfuerunt electi iudices siue legati, omnes numero viginti duo, quorum nomina subscripta habentur infra in Concilio Africano, Canone 100. Quod uero habetur hic in principio & fine, huic Synodo subscripsisse ducentos decem & septem episcopos, sic intelligendum est, quod quisque ex illis postea subscripsit in sua ecclesia iisdem decretis, quibus legatos suos ab ea prouincia missos subscripsisse sciret. Baron anno 419. num. 59.

Legati quor inter fuerint.

<sup>f</sup> Estque prouinciale.] Quia primas eius loci Aurelius, quod in prouincialibus fieri solet, præfedit, etiamsi sedis apostolicæ legati præfentes essent, qui non ad præsidendum, sed tantum ad quædam nomine Romanæ ecclesiæ cum Africanis tractanda missi erant. Bellarm. lib. 1. de Concil. cap. 20.

Cur prouinciale dictum.

<sup>g</sup> Post consulatum gloriosissimorum, &c.] Anno nimirum Christi 419. qui est Bonifacii 1. Honorii imperatoris 25. & Theodosii 12.

Tempus habiti Concilii.

<sup>h</sup> Commonitorium.] Mandata legatis scripto impertita, communitoria nominantur. Baron. anno 419. num. 60.

<sup>i</sup> In Concilio Nicæno.] Ea quæ hic sub nomine Concilii Nicæni recitantur, Canone 7. Concilii Sardicensis expressa habentur. Quas ob causas uero septimus, aliive plures Canones Sardicenses in hac Synodo sub nomine Concilii Nicæni allegati fuerint, diximus supra in notis eiusdem Sardicensis Concilii, uerbo, *approbatum*, & uerbis, *Canones Sardicenses*.

Cap. 2. Commonitorium quid. Cap. 3.



Duplex ap-  
pellandi  
via, & vtra  
Africanis  
displicue-  
rit.

<sup>k</sup> *Placuit autem ut si episcopus.*] Duplex prosequendæ appellationis via hoc septimo Canone Sardicenis Concilii allegatur. Vna, vt Romanus pontifex cognitionem causæ comprouincialibus episcopis, si velit, delegare possit: altera, qua si necessum esse iudicet, legatos a latere mittendi potestatem habeat. Hic modus posterior Africanis displicebat, si legati militum & præfectorum comitatu stipati mitterentur. Itaque cum Zosimus pontifex demandarit, per suos in Africam missos legatos, hunc Canonem in conuentu Africanorum recitari; indubitatum est, eos non de iure appellandi, sed tantum de prosequendæ appellationis modo posteriore, controuersiam hanc quinquennalem commouisse.

Prima.  
Secunda.  
Corrupta  
hæc esse nõ  
improbabi-  
le videtur.

<sup>l</sup> *Ex Sardicensi Concilio.*] Non leuis coniectura est, hunc locum corruptum, & hæc verba, *ex Sardicensi Concilio*, huic textui inserta esse, & fortasse ex marginali notatione (in margine enim ponitur *in Sardicensi Concilio*) in textum irrepsisse. Quamuis enim verba commonitorii, quæ sequuntur, Canone 17. Concilii Sardicenis habeantur; nihilominus tam prædicta verba *ex Sardicensi Concilio*, nõ debent poni in textu. Citantur enim ex Zosimi commonitorio, quod legati Roma attulerant. In quo cum profiteantur, se ex Nicæno Concilio Canones citare, vt patet supra cap. 2. non minus hoc, quam præcedens caput de appellatione episcoporum, aliquo Canone Nicæni Concilii ab iis confirmatum fuisse oportuit. Accedit, quod sanctus Augustinus Hipponensis episcopus, verbis commonitorii recitatis cap. 7. subiungat: *Et hoc nos seruaturos profiteamur, salua diligentiore inquisitione Nicæni Concilii.* Quibus verbis indicat se accepisse Canonem, tamquam ex Nicæno Concilio citatum.

Hoc idem profitentur patres Concilii Africani, epist. ad Bonifacium. Vnde illud, *ex Sardicensi*, in textu positum, locum habere non posse, liquido constat: eoque minus, quod iidem Africani patres videantur illud Conciliũ plane ignorasse; cum in epistola ad Cælestinũ versus finem scribant: *Nam vt aliqui tamquam a tuæ sanctitatis latere mittantur, nulla inuenimus patrum Synodo definitum.* Quod dicere non potuissent, si Sardicense, in quo dilerte illud Can. 7. sancitum est, ex allegatione legatorum aut aliter cognouissent. Eisdem Concilium Sardicense ignorasse, confirmari potest ex S. Augustino, vbi ostendit se non agnouisse vllum Conciliũ Sardicense, nisi illud Arianorũ Conciliabulum, quod supra post legitimum & germanum Sardicense subiunximus. Qua de causa Canones Sardicenis Concilii in hoc commonitorio Zosimi sub nomine Concilii Nicæni citentur, diximus supra in notis Concilii Sardicenis, verbis, *Approbatum, Canones.* Hæc ex Surii annotationibus in hunc Canonem. Bellarm. lib. 2. de Rom.

An presby-  
terorũ &  
diaconorũ  
appellatio-  
nes trans-  
marinas  
Zosimus  
approbat.

pontif. cap. 25. Baron. anno 419. num. 70. An id, quod ab Africanis Mileuitani Concilii Can. 22. constitutum fuerat, ne presbyteri, diaconi & subdiaconi transmarina iudicia appellarent, Zosimus probarit, vel potius hoc eodem commonitorio improbarit, Baronijs præd. loco non immerito in dubium vocat: tum quod his temporibus Cælestium & Apiariũ presbyteros appellantes audierit: tum etiam quod nullam



ANNO CHRISTI 419.

nullam contradicendi occasionem habuissent Africani, si eadem in commonitorio obseruari voluisset, quæ ipsi ante in Mileuitano Concilio II. Can. 22. vel saltem in Africano Can. 92. ante constituerant. Hoc esse viderur quod iidem a Cælestino in literis contenderunt, vbi aiunt: *Presbyterorum quoque & sequentium clericorum improba refugia (sicuti te dignum est) repellat sanctitas tua.* Ita Baron. anno prædicto num. 70. Canon de libris sacræ scripturæ, sub Concilio Carthaginensi tertio extans num. 47. hoc vel alio Concilio sub Bonifacio editus videtur. Nam ad finem de confirmatione Canonis per Romanum pontificem ista ibi subiiciuntur: *Hoc etiam fratri & consecratos nostri Bonifacio, vel aliis earum partium episcopis pro confirmando isto Canone innotescat, quia a patribus ista accepimus in ecclesia legenda. Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniuersarii dies eorum celebrantur.* Vide notas Can. 47. Concilii Carthaginensis III.



CONCILIVM  
 CARTHAGINENSE VII.  
 XXXVIII. EPISCOPORVM.

Extat Græce & Latine infra in Concilio Africano & Can. 94. vsque ad 100. exclusive.

In hac Synodo recitati sunt Canones 105. quorum magna pars habetur in Carthaginensi III. & in Mileuitano Concilio.

TITVLI CAPITVLORVM.

- |  |   |
|--|---|
| I. De excommunicatis, vt ad clericorum accusationem non admittantur. | IV. De personis quæ aduersus clericos testimonium dicere prohibentur.     |
| II. De personis, quibus clericorum accusatio interdicitur.           | V. De eo quem solo suo testimonio presumpserit excommunicandum episcopus. |
| III. De his qui primum crimen obiectum non probarunt, vt ad ce-      |   |

POST consulatum gloriosissimorum imperatorum Honorii XII. & Theodosii VIII. Augustorum, III. Kalendas Iulii, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, cum Aurelius episcopus vna cum

- |   |  |               |
|---|--|---------------|
| Faustino ecclesiæ Potentinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ ecclesiæ, | Rufiniano * Muzutensi, Prætextato Sicilibrensi, Quodvultdeo * Verensi, | * Mustensi,   |
| Vincentio Culusitano.   | Candido * Abbiritano,  | * Virensi,    |
| Fortunatio Neapolitano,   | * Galloniano Vticensi, legatis prouinciæ Numidiæ proconsularis:        | * Abdiritano, |
| Mauriano Vlizibiritano,   | Alypio Tagastensi,   | * Gallonio    |
| Pentadio Carpitano,   |  |               |
| Adeodato * Simittuensi,   |  |               |
| Concil. Tom. 4.   | Nnn  |               |

\* Simoceleni, et Sumitensi,